



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

9. An licitum sit fugientem insequi ad recuperandum honorem propter acceptam alapam, vel fustem, illum vulnerare, & repercutere? Et notatur licitum esse viro honorato invaso occidere invasorem, qui ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

RESOL. VIII.

*An licitum sit ad honorem tuendum inusorem post impastam alapam, vel fustem fugientem inseguiri, & recuperare, & occidere, si hoc opus est ad honorem recuperandum?*

c. 10. n. in gloss. litt. T. vbi citat Cordubam, Mantium, Pegnam, & alios, & tandem tenet etiam hanc sententiam Fernandez in exam. moy. p. 1. c. 9. §. 1. n. 16. vbi ait, referens opinionem Nauarri, *obi supra*, qui affectus iniuria, magnam honoris iacturam faceret, si fugientem non persequeretur, inusorem persequi posset, & percutere tantum, quantum ad huius honoris defensionem opus esset; etiam occidendo, si id opus esset. Ratio est, quia ego possum persequi furem, & illata vi etiam mortis illius danno, rapta recuperare: ergo maiori cum ratione infamatorem, ab eo rapturn honorum extorquere. Hec Fernandez.

4. Sed ad hoc argumentum respondet Megala, & alii, esse disparem rationem: nam res illa futura adhuc exat apud furem, & manet tua: sed contumelia illata, & honor iam pertit: ergo illa non erit defensio, sed aggredio, & vindicta. Respondeat Lessius, in eo esse paritatem rationis, quod sicut res potest recuperari, ita etiam honor, qui in signis excellentie, & hominum existimatione consistit. Deinde, si res non extarent apud furem, qui illas abiecisset in flumen, possit tamen, damnum paullus, talen furem, non minus quam de facto al portantem, inseguiri, ut tantumdem restituere cogat, de qua re Nauar. *obi supra*, n. 3. §. 4. Ergo, &c.

5. Sed magisclarebit hæc sententia, si notemus rationem, qua vindicta, & defensio inter se differunt. Nam, vindicta propriè est velle reddere malum pro malo, quod non licet priuata persona. Defensio autem est aggressorem compescere, & impeditre damnum quod iam imminet, vel si illatum est, (sicuti in nostro casu) ut adhuc maneat in suspeso. Ita enim esse defensionis partes, manifestum est, vi diximus ex facto illius, qui furantem res suas, vel auferente moliente impedire, vel iam auferentem inseguir: ut enim illa impeditio, sic ista infestatione censetur res suas defendere, si quidem recuperati valeant: & vt insequeat eum qui damnum intulit, non possum ob aliam causam id facere, quam ut reddam malum pro malo, & esset vindicta. Cum vero damnum illatum refarciri posset, eum qui intulit, licet inseguiri possum, non quidem ut malum refarcire pro malo, sed ut mihi illatum malum refarcire curem, cum mihi ad id nulla alia ratio suppetat, quia si suppetet, non daretur proposita infestationi locus tanquam vindictatio. At cum hac ita sint, patet illud non habere rationem vindictæ, sed defensionis, quando aliquis vir nobilis eum à quo vulneratus est inseguitur: non quidem ut malum pro malo reddat, sed ut conferetur honorum sibi ablatum, dummodo tamen id fiat incontinenti, cum res adhuc est in suspeso, non autem postquam inimicus domum se iam recipit, vel alia negotia gerit.

6. His ita potissimum censeo etiam ante factum, si non additum peticulum odij, appetitus vindictæ & excessus, hanc secundam sententiam esse probabilem, & tutam in praxi; quia dum aduersarius fugit, & perculsus inseguitur, moraliter adhuc durat congressus. Ergo, &c. Dixi ante factum, nam post factum etiam aliqui Doctores ex contraria illam admittunt, neque ita aggressorem occidentem obligant ad vilam restitutionem. Ita Megala in p. 2. lib. 3. c. 1. n. 12. & Lopez in suo instr. p. 1. c. 62.

7. Nota vero, quod Azorius p. 3. lib. 1. c. 1. quæst. 13. contraria sententiam vocat tantum probabilem. Ergo secundum Azorium, nostra opinio est probabilis: & dum ipse non distinguunt, neque nos distinguere debemus, asserendo illum intellectus de probabilitate speculativa, & non practica: nam ipse absolutè loquitur est, dicens suam sententiam esse probabilem. Ergo sicut eius opinio erit secundum ipsum probabilior speculativa, & practica, ita & nostra practica, & speculativa est etiam probabilis.

Quæ hic est  
Ref. antec.  
dens, & in  
Ref. seq & in  
Villalobos n. 1. m. 1. 2. 11. 12. diff. 1. 2. 3. sic ait. [Quan-  
tom. 5. tr. 2.  
do el agresor cessa ya de la injuria, se fu huyendo,  
Ref. 10. in  
no sera licto seguirle segun la opinion mas proba-  
ble que diximos arriba, aunque tambien tiene proba-  
bilidad el dezir, que alli luego incontinentemente o inmedia-  
tamente yendo huyendo le puede seguir y herirle, o  
injuriarle; quando es necesario para recuperar la hon-  
ra, como el que segue al ladron para recuperar la ha-  
zienda, porque el que le quitó la honra en su manera  
se la tiene injustamente, y moralmente hablando todo  
aquello es un mismo acto. Deste parecer ex Nauarro,  
Enriquez, y Pedro de Nauarra, Victoria, y otros que  
citan. Mas ha de se entender que no sea con animo de  
vengarle, sino de cobrarle defender la honra, que aun  
entonces no parece que està acabada de perder, y que  
sea en caso que el otro no le ofrece la satisfaccion de-  
dicta, como suelte acontecer. Y tambien que como dice  
Pedro de Nauarra con S. Antonino, no se estienda esto  
al tiempo, cuando el agresor està quieto en su casa o  
se dirioste a otros negocios, porque de otra manera se  
abriría camino para muchas perturbaciones, escandalos,  
asfechanzas, enemistades, y venganzas.] Ita ille.

2. Et ita hanc sententiam absolutè tanquam probabilem amplectitur nouissime Marchantius in summa. refol. paf. ad Decal. c. 5. quæ. 3. cap. 3. & Philip. Fabro de ref. in 4. sent. dist. 15. q. 3. disp. 52. c. 1. n. 29. vbi ita asserit. An licet lolum occidere, quando durat congressus, ut cum fu accipit rem alienam, vel aliquis afficitur iniuria, aut alapam, vel fuste cæditur, an etiam postquam re ablata & inflicta iniuria fugit, est dubium. Soto & Molina disp. 17. n. 8. tenent licet quidem inseguiri furen, quando res est magna valoris, & exigua pes es-  
set recuperandi, inpræposse occidere; quoad hono-  
rem vero nequaquam. Quia, insequunt, qui alapa,  
vel fuste perculsus est, iam amicit honorum, ideo  
si persequendo occidat, est vindicare honorem. At vin-  
dicatio non pertinet ad personam priuatam, sed ad Prin-  
cipem, Nauar. vero in man. c. 15. n. 4. assertit posse inse-  
qui, & occidere licet. Et hæc opinio mihi probabilius  
videtur intelligendi hoc de continenti persecuzione,  
vt si quis infligat vulnus, vel alapam, aut fuste quem  
percutiat, & statim fugiat, nam in hoc casu si offensus  
insequeatur, & occidat, censetur occidere in actu ipsius  
congressus; neque enim iudicandum est hoc esse duos  
congressus; alterum quo quis iniuriam intulit, alterum  
quo statim eum insequens interficit, sed est unus, & id est,  
ideo licet occidit. Secus si persecutio non statim &  
continuato tempore insequeatur, sed qui percutit, iam  
abit, & qui vulneratus est, vel affectus iniuria, non est  
insecutus continuatè, sed interposito tempore: tunc  
enim videntur diversi congressus, & secundus videtur  
ordinatus ad vindictam. Accedit quod persequendo fugientem defendit honorum suum, cuius magnam iacturam faceret, si fugientem non persequeretur, & hæc  
omnia docet Faber loc. cit. vide me ipsum *obi supra*.

RESOL. IX.

*An licitum sit fugientem inseguiri ad recuperandum hono-  
rem*

rem propter accepitam alapam, vel fustem, & illum

vulgerare, & repercuere?

Et notatur licitum esse viro honorato occidere inuasorem, qui fudem, vel alapam uiri ei impingere, quo ei ignominiam inferat, & inuasus non potest alter defendi? Ex pagt. 8. tract. 7. & Misc. Ref. 48.

Sup. hoc in  
duabus pre-  
cedentis ref.  
& in alia ea-  
rum annota-  
tionum.

**S. I.** Negatiue nominatim contra me respondet Eminentissimus Lugo de Iust. tom. 1. dispu-  
tat. 10. sect. 10. num. 189. & 190. Quia occisio, vel per-  
cussio priuata non licet, nisi ob defensionem rei, quam  
alter amittit, & eo modo conseruabis, aliquoquin erit  
non defensio, sed vindicta, quae auctoritate priuata  
semper est illicita, vt aduerterij fatentur: in causa autem  
præsenti occisio illa non conductit ad conseruandum  
honorem, honor enim iam destruetus est per iniuriam  
illatam, sed deseruit ad acquirendum aliud honorem,  
quem apud homines acquiris ob fortitudinem, qua te  
vindicasti; quare non potest præscindere a ratione vin-  
dictæ, quia non alter conductit ad honorem acquirendum,  
nisi quatenus honorificum est apud homines te  
vindicare: nec conseruat, aut recuperat honorem abla-  
tum, quia ille erat existimationis, quam offensor debe-  
bat exhibere, quana quidem non exhibet offensor per-  
cussus; in modo nec amplius exhibere poterit, si occidatur,  
nec tu illum percutis, vel occidis, ut reddas honorem, &  
notam bona existimationis de te, quam debet dare,  
& iniuste abstulisti, sed vt acquiras aliud honorem apud  
ceteros quo compenses iacturam illius honoris, quem  
ab offensore non habuisti; ergo illa occisio non est  
propriæ defensio, nec eo titulo licita reddi potest, sed  
semper remanet sub ratione vindictæ, sub qua sola viti-  
lis est ad acquirendum honorem æquivalentem, quo  
videaris refinire tantundem honoris, quantum antea  
habebas, dum pro honore amissi aliud honorem apud  
alios homines de nouo acquiris. Hæc sententia est satis  
probabilis, & ego semper illam in praxi consule-  
rem, quam etiam videtur sequi Georgius Obrechtus  
*tr. de necessaria defensione*, cap. 11. num. 26. & cap. 13.  
num. 21.

**S. II.** Sed affirmatiue sententiam speculatiuè probabilem esse existimat ex Societate Pater Dicastillus de Iustit. & iure, lib. 2. tract. 1. dispu. 10. dub. 6. num. 74. In modo ex eadem Societate absolute sententiam affirmatiuè mordicus tuerit doctus P. Galparo Hurtado tract. de Iustit. & iure, dispu. 11. diff. 1. 1. vbi sic ait. Punctum difficultatis est, an statim ac inuasor percussus, sit licitum percusso cum repercuere, vel fugientem insequi, & repercuere.

**S. III.** Sot. lib. 1. qu. 1. art. 8. Vasquez vbi suprà. Molin. diff. 17. Turrian. dis/p. 27. dub. 3. & alij docent id non  
esse licitum, quia iam potest percussionem factam, quan-  
tum statim non est honorem tueri, & defendere, sed vin-  
dictam sumere, quia iam honor est amissus, quia per-  
cussione iam facta fuit amissus.

**S. IV.** Viæ verò reelectione de iure belli, num. 5. Nauarr. c. 1. n. 4. Rodriguez cap. 1. 6. num. 11. Mercado lib. 6. summ. Lopez 1. par. cap. 62. Henriquez de irregulari, cap. 10. & Petrus Nauarr. lib. 2. cap. 5. num. 80. docent, id est licitum percusso, quantum fit necessarium, vt  
percussus non maneat ignominia affectus, quod etiam sentit. Bonac. de restitu. dispuat. 1. quæst. vñim. sec. 1. punt. 10. & merito, quia statim repercuere, vel inse-  
qui percusorem fugientem, & eum repercuere fit in  
actuali ipsa congreßione antequam inuasor ad alia di-  
vertatur, aut iam alibi quietus existat, quia adhuc saltē  
moraliter finita, & honor nondum est saltem si moraliter durat, & nondum est saltem moraliter in facto  
esse amissus, sed tantum est amissio illius in fieri, & in-  
choatio amissionis, & repercuessione amissio honoris  
non perficitur, quia ea repercuessione impeditur, ne sit  
in facto esse, ergo id est licitum percusso. Pater conse-

quentia, quia ea repercuessione non tam haber viuendi-  
ssæ, quam defendendi honorem impediendo, ne amissio  
honoris maneat perfecta, & consummata, & in fac-  
to esse. Ex quo constat ad rationem aduersariorum,  
Caendum tamen est, ne in dicta repercuessione ad  
periculum odij, vindictæ, & excessus. Et hæc omnia do-  
cet P. Hurtadus vbi suprà, unde pater responsum ad ar-  
gumenta contraria.

**S. V.** Qui etiam notat, licitum esse viro honorato in-  
uasorem, occidere inuasorem, qui fudem, vel alapam ini-  
tatur ei impingere, quo exignominiam inferat, & in-  
uasus non potest alter defendi. Et me citato tres docti  
recentiores hanc etiam sententiam tenent, & hi sunt, tra-  
P. Dicastillus vbi suprà, n. 3. Cardinalis de Lugo num.  
186. & 187. & Aegidius Trullench in Decalogm. tom.  
2. lib. 5. cap. 4. dub. 5. num. 2. quicquid in contrarium al-  
ferant aliqui, & inter illos Joannes Harpechus in Ies-  
uit. Iustin. t. 4. tit. de publicis iudiciis, §. Item lex Con-  
cordia, num. 171.

#### R E S O L . X.

**A**n se quis dicat vi honorato Menticis, licitum ec-  
dere?

**E**t quando vero licitum sit contumelioso diuin Menticis?

Ex p. 5. tr. 4. Ref. 13.

**S. I.** **H**oc in aliqua regione esset valde probossum, affirmatiue responderet Henricus Strouerstorff de Iust. & iure, in 2. 2. D. Thom. quæst. 64. art. 7. conclusi. vbi sic ait. Potest etiam interfici qui virum honoratum baculo, vel pugno conatur percussere, nec potest alter impediri in modo dicere, Tu mentiris, vbi hoc valde probossum est. Ita ille.

**S. II.** Sed merito hæc sententia impugnatæ ex dicta in superiori resolutione, & in specie illam improbat Azorius tom. 2. lib. 2. c. 1. qu. 17. vbi sic afferit. Quantum si infausus solidus latet verbis contumeliosis, & gaudiens, Tumentris, licitum sit occidere, vbi hoc va-  
lendum, *mentiris*, est vnde ignominiosum. Dico non esse  
licitum, quoniam huiusmodi contumelias aliter reguli  
li possunt & solent apud homines. Ita Azorius Quidam  
vero licitum sit contumelioso dicere, mentiris, vnde  
Hurtado de Mendoza in 2. 2. tom. 2. dis/p. 170. col. 14. §.  
116. & Crispotum in casibus militarib., cap. 12. per 12.  
tom.

#### R E S O L . XI.

**A**n licet occidere contumeliosum, quando alter ea in-  
iuria acri erit, ne quisquia talis inuasor est contumeliosus? Ex p.  
5. tr. 4. Ref. 12.

**S. I.** **A**ffirmatiue responderet nouissime eruditus & sa-  
nobilitate probanda, quæst. 1. gl. 4. num. 14. Pet. Narra-  
de ref. lib. 2. cap. 3. num. 3. & Henricus Strouerstorff de  
Iust. & iure in 2. 2. D. Thom. quæst. 64. art. 7. conclusi. vbi  
sic ait. Potest etiam interfici qui virum aliquem ho-  
noratum conuicis, & maledicis afficit, nec potest alter  
cogi ut taceat, talis enim est in maior honoris Itali-  
le, quod intelligunt hi auctores, quando contumelie  
sunt atroces, & vt dictum est, alia ratione vitari ne-  
queunt. Ratio enim naturalis dicit licitatem eam de-  
fensionem, quæ necessaria sit ad contumeliam depelle-  
dam, & comprimendam, aliquo qui daretur licet impro-  
bitati optimos viros contumelias vexandi, que tamen  
multo, quam dâna rei familiarii sunt acerbiora, & ma-  
gis affligunt animum. & ita hanc sententiam docet  
etiam nouissime Baldell. in Theol. mor. lib. 3. dis/p. 14. o. 24.  
2. Verum